UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

raſſe, quia in facto proprio ignorantia non eſt tollerabilis, l.fi.cū gl.ff.pro ſocio cū ſimilibus,& habetur, per Doct.in c.ſi diligēti,& in c.fin.de præſcrip. ¶ Vltimo fundamento colligitur reſpōſio ex iis, quæ ſupra dixi in ultimo argumento facto ad fauorē hæredū Ludouici, & contra ipſum Angelū. ¶ Secundam nunc dubitationem aggredior, an licitū ſit dictis hæredibus Ludouici facere, altiùsq; tollere murū in ſuo ſolo iuxta parietem ipſius Angeli, ita ꝙ lumen dictæ feneſtræ poſſit obſcurari; & infra quod ſpatiū poſſit parietem prædictum iuxta murū Angeli facere? & omiſſo argumentorū ordine, qui pro utraque parte tuenda poſſet obſeruari, concludo licitū eſſe de iure dictis hæredibus ædificare iuxta murū dicti Angeli, quamuis ſic ei ſeu ædibus ſuis noceat in obſcurando feneſtram, & lumen, ꝙ per illam recipiebatur, quoniam ſi Angelo, uel rei ſuæ nulla fuit ſeruitus cōſtituta, nec acquiſita, ueluti ſupra in primo dubio fuit cōcluſum, ſequitur, ꝙ † de iure licitū eſt ipſis hæredibus in ſolo ſuo iuxta ędes uicini etiam cū incommodo, & præiudicio uicini ædificare, parietemq; cōſtruere, & maximè quando hoc ad ſuā utilitatē uellet facere, ut eſt tex. vbi Bal. Paul. & alij in d.l. altiùs cū l.ſequenti, C.de ſeruit. & aqua, nā unicuique licitum eſt facere, & ædificare in ſolo ſuo uſq; ad cœlum etiā cum præiudicio uicini, cū cœlum, quod ſupra ſolùm eſt liberū eſſe debeat, ut dominus ſoli poſſit uſq; ad cœlū, ſi poſſibile eſſet, ædificare, l.fi.ff.de ſeruit.& ibi gl.l.cuius, ff.de ſeruit. urb.prædio. hoc idē probatur in l. cū eo, ff.de ſeruitu. urb.prædio.& ibi Bar.& alij, ubi eſt caſus in terminis, ꝙ licet unicuiq; tollere, & eleuare, ædes ſuas uſque ad cœlum etiā obſcurando ædes, & feneſtras uicini ipſo uicino inuito, quādo ædes ædificare uolētis nō deberent ſeruitutem ædibus uicini: quod qnidē Ange. ibi uoleit procedere ēt, ſi uolens ædificare, & parietem eleuare, id facere ſolùm, ut uicino noceret, ſibiq; nō prodeſſet: Sed Paul.de Caſt.ibi, & in dicta l. altiùs intelligit, quando quis hoc uellet facere ad commodū utilitatemq; ſuam: quę opinio eſt magis æqua: ſed in caſu noſtro hæredes dicti Ludouici uolunt ędes ſuas, & parietem altiùs tollere ob ſuam utilitatē, ergo &c. ¶ Nec obſtat, quòd licitum fuit ipſi Angelo habere feneſtram in dicto ſuo pariete tàm de iure cōmuni, quàm ex licentia ſibi à domino conceſſa, ut ſupra dictū fuit, quia reſpondetur primò ꝙ & ſi de iure communi ſit ei licitum feneſtram habere, tamen de iure municipali eſt prohibitum, niſi hoc habeat iure ſeruitutis, quàm legitimè tenetur probare, ut in ſtatuto habetur: Sed nec de ſeruitute, nec de licentia aliqua conſtat, quia ſolùm unus teſtis inducitur, qui etiam non probat de ſeruitute aliqua, ſed ſolùm de facultate quadā, & licentia data ad beneplacitū, & citra prçiudiciū concedētis, ſuorumq; ſucceſſorum quoad acquirendam ſeruitutem, ergo &c. Secundò quāuis ex licētia, & conceſſione, ut ſupra, facta in caſu, quo de ea legitimè cōſtaret, diceretur eſſe contracta quædam perſonalis obligatio, † quæ eſt quid diuerſum à ſeruitute l. ut pomum, & ibi Bar.ff.de ſeruit. iunctis iis, quę ſupra dixi in primò dubio, tamen hæc obligatio perſonalis ipſi Angelo acquiſita nō ligat ſingulares ſucceſſores magiſtri Io. Iacobi tēpore conceſſionis domini, quin ipſi ſingulares ſucceſſores, qui ſunt dicti hæredes, poſſint huiuſmodi obligationi perſonali cōtrauenire, & contraueniendo, ipſi Angelo dicitur ſolùm reſeruatū ius agēdi actione perſonali ad intereſſe contra dictū magiſtrū Io. Iacobum concedentē, & obligatum, ut latius dixi ſupra in primo dubio, & eſt cōis opinio. Præterea dicta licentia, & facultas faciendi feneſtram cōceſſa fuit Angelo nō ſimpliciter, ſed ſecūdū quid, uidelicet, precario nomine, & ad beneplacitū concedentis, ſuorum ſucceſſorum: Ergo illā quandocunq; reuocare, illiq; contrauenire potuerunt, cū huiuſmodi conceſſio, & licentia de iure tam diu cenſeatur durare, quā diu is, qui conceſſit, ſeu hæredes ſui, & ſucceſſores etiam ſingulares patiuntur tàm ex forma cōuentionis, quàm etiam ex iuris diſpoſitione, l.1. in prin. iūcta l. queſitum, §. à titio cum, §. ſequent. ff. de precario, c.ſi gratioſè de reſcri. in 6. Et cum hæc ſit ueritas, ulteriùs nō inſiſto. ¶ Verū ſup eo, de quo incidē-

28 ter poſſet dubitari, † infra quod ſpatiū dicti hæredes ualeāt parietē in ſolo ſuo iuxta murū Angeli ædificare, breuiter dici pōt, & abſq; dubio, ꝙ dimitti debeat legitimū ſpatiū, ut eſt tex. in l. Imperatores, ff.de ſeruit.urb.prędio. quod ſecundū gl. ibi inter ædificia priuata, qualia ſunt in caſu noſtro, eſt ſpatiū decē pedū, ut eſt tex. in l.ſi cui, & in l.mœuiana, C.de priua ędif. Sed aliter dicendum eſt, uidelicet, ꝙ aut uicinus uult ædificare domū, uel parietē ex oppoſito, uel ex fronte domus uicini, & tunc ædificans tenetur dimittere ſpatiū iuris, uidelicet ſi uelit parietē in ſolo ſuo ædificare, & tollere, tenetur unum pedē terreni dimittere iuxta ſolum, & ædificiū uicini, ſi uerò domū uelit ædificare, duos pedes relinquet, l.fi.ff.fi.regu. quæ lex habet locū ēt, qn̄ quis uellet parietē, ſeu domū ædificare iuxta prædiū urbanum uicini, ut in terminis benè declarat Do. Barthol. Veron. in d.tract.ſerui. ſub rub. de pariete, & muro in 1.col. cuius dicta aliter nō refero: & ita ēt eſt de mente gl. in d.l fi. in ſolutione, l.męuiana, C. de ædif.priua. ꝙ lex illa habeat locum nō in męuianis; ſed in aliis ædificationibus, & conſtructionibus: Aut uicinus vult domū, ſeu parietem in ſolo ſuo ædificare nō ex oppoſito, & obiecto, ſed ex latere domus uicini, & tunc nullum interuallū, nec ſpatium terrę requiritur, ſed iuxta domum, uel parietem uicini nullo dimiſſo ſpatio poteſt ędificare, d.l. altiùs, & in d.l. in ędibus cum ſimilibus ſupra allegatis. Hinc uidemus uicinos habere muros a latere cōmunes, & domos à latere eſſe contiguas, nullo dimiſſo ſpatio: & ita declarat Ang. in d.l.męuiana, C.de ædif. priua. & in caſu iſto, qui eſt caſus noſter, nō habet locum text. in d.l.mœuiana, & in l.fi.ff.fi.regund. Ex quibus colligitur, quod non obſtat, d.l.ſi cui, & d.l.mœuiana; ac etiam quia ſecundum glo. ibi lex illa hodie non ſeruatur. Vel dic ſecundum glo. in d.l.fi. quod loquitur in ſolarijs, & mœuianis, iuxta quæ dimitti debet ſpatium decem, uel quindecim pedum ſecundum di-

29 ſtinctionem illius legis: Et † quæ ſint mœuiana, ſeu ſolaria, habetur in l. 2.§. cum quidam, ff.ne quid in loco publico, & in l.malum, §.1.ff. de uerborum, ſignific. In cæteris uero ædificijs, & conſtructionibus procedit, tex. in d.l.fi. & hæc ſufficiant ad fauorem dictorum hæredum. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Aedificare in ſuo, & ædificium, ac murum uſque ad cęlum eleuare, & in eo feneſtras habere unicuique licet, etiam ſi ex hoc noceat uicino, & quando num. 3.*

2 *Feneſtram in pariete meo iuxta hortum puellæ, uel monaſterium religioſorum facere mihi licet, & quando.*

4 *Parietem altius ex tollere licet, etiam ſi lumina uicini obſcurentur, & quando;*

5 *Sed ultra modum uſitatum eleuare non licet.*

6 *Et multo minus ultra eleuationem inuſitatam non licet, etiam feneſtras, uel alia facere, quæ uicino noceant.*

7 *Feneſtram in muro quando non liceat facere, & num. 9.*

8 *Super, & ſupra aliquid eſſe, uel fieri quando, & quomodo quid dicatur.*

9 *Moniales à publicis, & mundanis aſpectibus omnino ſeparatæ eſſe debent.*

10 *Verecundia quid ſit.*

11 *Aedificia facta contra utilitatem publicam, & in dedecus diuinum*

num debent deſtrui, & demoliri.
In dubiis optima eſt ratio, quæ pro religione facit.

EPITOME.

MVRVM ſuum eleuare, & in illo feneſtras facere, ex quibus poſſit intra clauſtrum, & monaſterii domū moniales uidere, nulli priuato licitū eſſe, hìc probat.

CONSILIVM CXXXV.

IN cauſa monialium ſancti Laurẽtij agentium contra Ioannẽ de Lilio, ut claudere debeat feneſtras per eū de nouo in ſuo muro eleuato factas, ex quibus dictæ moniales poſſunt intra monaſteriū, & eius clauſtrum liberè inſpici, uidetur concludendū, ꝙ ipſe Ioannes non teneatur illas claudere, ſed liberè eas in ſuo muro habe
1 re poſſit, quoniā † licitum eſt cuilibet in ſuo ædificare, & murū, ac ædificium uſq; ad cœlum eleuare, & in eo feneſtras habere, quamuis ex hoc damnum uicino inferatur, vt eſt tex. l. altiùs, C. de ſeruit. & aqua,
2 ubi Bal. poſt Petrum inquid, ꝙ † licitum eſt mihi facere feneſtram in pariete meo, quẽ habeo iuxta hortū alicuius puellæ, uel monaſterium religioſorum, quādo illam feneſtram facio ad utilitatem meā, ſecus, ſi ad æmulationem, & inhoneſtam cōſideratione͞, quia tunc non poſſem: & Do. Bartho. Cepol. in tract. ſerui. in tit. de feneſtra. uerſi. tertiò fallit, dicit, ꝙ ſi quis habet murum iuxta hortum, uel domum cuiuſdā puellæ, uel religioſarum, uel monialium, & in illo muro uelit feneſtram facere, vt inde poſſit videre illā puellam, ſeu moniales, aut religioſas, nō poteſt, ſi hoc faciat ad inhoneſtatem, uel ęmulationem, arg. l. opus, ff. de ope. publi. quia malitijs hominū eſt obuiandum l. in fundo, ff. de rei vendic. & ita dicit tenere Baldum
3 poſt Pet. & Cy. in d. l. altiùs: † quod eſt benè notandū contra vicinos ædificantes ad deſpectum alterius vicini, ſi namq; hoc faciunt, vt noceant, non poſſunt, in ſuo, ſecus ſi principaliter faciant ad utilitatẽ ſuam, licèt uicino, & alteri noceant, quia tunc poſſunt, ut per Paul. de Caſt. in d. l. altiùs, nam in ſuo regulariter quis poteſt feneſtram facere, etiam ſi per eam in fundū uicini inſpiceret, d. l. altius, ibiq; Bald. quoniam in re ſua quis poteſt ędificare, dummodo in alienum nō immittat, ẽt ſi uicino noceat, l. fluminum, §. fi. cum ſequen. ff. de dam. infec. cū in re ſua quis ſit moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. manda. & prædicta uera ſunt, etiam ſi ille eſſet paries antiquiſſimus, nec in eo unquam feneſtræ fuiſſent, argu. gloſ. in l. qui luminibus, ff. de ſeruit. urba. prædio. ita habetur, in d. titu. de feneſtra. circa principium: & hoc, niſi quis uellet feneſtram inuſitatam in illo muro facere ad æmulationẽ uel deſpectum uicini, ut quia uellet omnia ſecreta uicini uidere, & faciens feneſtram ex hoc nullam perciperet utilitatem, uel ꝙ faciat ad deſpectum, ſeu ad æmulationẽ, relinquitur, & remittitur arbitrio iudicis, ut habetur in d. ti. de feneſtra in ſecunda limitatio
4 ne. Et † dicit Paul. de Caſt. in l. cū eo. ff. de ſeruit. urba. prædio. ꝙ uicinus poteſt ſuum parietẽ altiùs extollere, etiā ſi lumina uicini obſcurentur, & hoc quando eleuans aliquam conſequeretur utilitatem, nam licet facere in ſuo, quod ſibi placet, etiam ſi alij noceat, dūmodo de alieno non tangat, nec aliquid in alienum immittat, ſecus ſi nullā conſequatur utilitatem, quia cenſeretur facere potius, ut alteri noceret, quo caſu eſſet prohibendus, l. 1. §. deniq;, ff. de aqua plu. arcen. nā hominem homini nefas eſt inſidiari, l. ut uim, ff. de iuſt. & iure, & hæc probātur in l. fluminū in fi. cum l. ſequen. ff. de dam. infect. & ita ſequitur Io. de Imol. in l. ſi in fundo, ff. de aqua plu. arcen. & dicit tex. in l. fi. ff. de ſeruit. l. antepe. §. penul. & l. pe. §. pen. ff. quod ui, aut clam, ꝙ domino ſoli debet eſſe liberum ædificare uſq; ad cęlum non obſtante utilitate publica, ſeu priuata, ergo nec obſtante ẽt utilitate eccleſ[...] par eſt l. fi. C. de ſacroſanct. eccle. & argu. l. ſi [...] biter cū glo. C. de rebus eccle. non alie. ¶ Q[...] men non obſtantibus, contrariū in caſu noſt[...] dū eſſe puto, præſuppoſito, ꝙ moniales ſancti L[...] tij ſunt optimæ uitæ, & religionis, & ſecundū [...] ſui ordinis ſtant, & ſtare debent ita clauſæ, ut [...] cis, & mundanis conſpectibus ſint ſeparatæ, u[...] iure eſt notorium, & infra ſubiiciam. Quo ſta[...] co, ꝙ ex quo dictus Ioannes domū ſuam, & p[...] eleuauit excedendo modū altitudinis uſitatū [...] tuit in his parietibus feneſtras facere, ex quib[...]
5 terius domo inſpicere potuerit: quoniā † & li[...] eſt parietem eleuare d. l. altiùs, C. de ſeruit. & a[...] tamen ultra modū uſitatum, l. 1. C. de ædif. pr[...] ita in terminis dicit gloſ. quam ſequuntur ca[...] in c. dilectiſſimis 12. q. 2. quæ in hoc eſt ponde[...] atq; ſeruanda, nec contrariū uoluit tex. in d. l. [...] & tex. in d. l. fi. ff. de ſeruit. nō dicit, ꝙ domino [...] berū ſit ædificare uſq; ad cœlum, ſed dicit, ꝙ [...] rum eſſe debet cœlum, uidelicet ut alius nō p[...] quid immittere inter ſolum ſuum, & cœlum [...] tur in d. l. antepe. §. pen. cum l. ſequen. §. pen [...]
6 ui, aut clam. ¶ Præterea † poſito licitum eſſe [...] excedendo ultra uſitatum modū, tamen no[...] licitum eleuare ultra uſitatum modū, ac eti[...] ſtras, uel alia facere, quæ uicino noceant, ne[...] cunt Doct. in d. l. altiùs, nec Do. Bart. Cepo. i[...] feneſtra, quoniā ipſi loquuntur, quando qui[...] neſtrā facere in muro ſuo iā facto, & non al[...] to, & ita propriè loquitur ille tex. ergo nulli di[...] citum eleuare murū, excedendo modū uſita[...] ẽt feneſtras in illo facere, ex quibus alteri da[...] nocumentū inferatur à contrario, d. l. altiùs, [...] l. imperatores, & l. cuius, ff. de ſeru. urb. pręd. [...]
7 † Bal. in d. l. altiùs, & Cepo. in d. tit. de feneſtra [...] ꝙ quando fieret feneſtra etiam in muro no[...] eleuato ad æmulationem, & inhoneſtatẽ uic[...] non ſit licitū, & ꝙ ad æmulationẽ, & inhoneſ[...] ri dicitur, quando faciens feneſtram ex hoc u[...] non conſequeretur per prædicta, & facium[...] Paul. de Caſt. in d. l. cum eo, & eſt tex. in l. proc[...] de dam. infect. ſed dictus Ioannes ex feneſtr[...] nō percipit aliquam utilitatem, quoniam al[...] men habere, & feneſtras facere commodè p[...] ne læſione ſua, & dictarum monialium, ergo [...] æmulationem feciſſe dicetur per prædicta, & [...] cum ibi not. per Bart. in l. opus, ff. de ope. pu[...] tuto poſito ſub rub. de cedis, & muris, quod [...] poſſe fieri feneſtras in muro ſuo, qui eſſet ſup[...] uel ædificio alterius, quando lumen aliunde [...] poſſet, & conſequenter præſupponit, ꝙ tunc [...] tur facere ad æmulationem, & non ad utilita[...] aliàs de iure cōi concedatur, ut patet ex præ[...] to etiā, dum ſtatutum prohibet fieri feneſtras [...] ro, qui eſſet ſuper, uel ſuprà ſolum, uel ædific[...] ſequenter etiā ſi eſſet murus, qui non tangere[...]
8 uel ædificium uicini, quoniā † ſuper, & ſupra [...] eſſe, uel fieri dicitur, quod eſt, ſeu fit in loco, ſ[...] locum ad ea, quæ habentur in Auth. ſacrame[...] berum cum glo. C. ſi aduer. uend. l. ſi uero, §. [...] ait, & §. ſupra, ff. de iis, qui deiece. uel effud. & [...] conclaue, ff. de dam. infec. ubi ædificiū ſuper [...] alteri ædificio dicitur eſſe illud, quod eſt ſepa[...]
9 illud tangit, ſed ſuperimminet. ¶ Præterea [...] in dubio, quando non apparet, an ad æmulat[...] uel inhoneſtatẽ quis poſſit murum ſuum ele[...] in eo feneſtras facere, quæ etiam uicino noc[...] per Bal. in d. l. altiùs, & Veronenſ. in d. tit. de [...] cum alijs ſupra allegatis, & conſequenter p[...]

ſuo feneſtras facere, per quas poſſit puellam in domo uicini, uel religioſos intra monaſteriũ uidere, ueluti loquuntur Petr. Cyn. & Bal. in d. l. altiùs, quoniam uidere puellam, & religioſos non eſt iure prohibitum, tamen dicetur prohibitum eleuare murum, & in eo feneſtras facere, ex quibus moniales poſſint ab humanis aſpectibus cerni, & inſpici, nã hoc dicitur eſſe ab honeſtate alienũ, & ex hoc materia laſciuendi daretur, uel dari poſſet, quoniã moniales à publicis, & mũdanis aſpectibus omnino ſeparatę eſſe debent, ut liberiùs Deo ualeant inſeruire, & laſciuendi opportunitate ſublata eidẽ corda ſua, & corpora in omni sãctimonia diligẽtiùs cuſtodire, ut de hoc eſt tex. notabilis, & ad literam, in c. 1. de ſtatu regul. in 6. per quem declarantur ea, quæ ponunt doct. in d. l. altius: & Bal. aliiq; ſupra, dicti, in d. l. altius inquiũt, ꝙ ad ęmulationem quis non poteſt facere feneſtram, per tex. in d. l. opus, ubi Bar. dicit, quòd ad ęmulationem quis dicitur facere, quando facit ad uerecundiã: † uerecundia aũt dicitur pudor, uel timor, propter quem ab illicitis ceſſatur, ut in propriis terminis declarat Domin. de Sanc. Gem. in d. c. 1. de ſtatu reg. in 6. per illum tex. nã uerecundum eſt, moniales non eſſe ſeparatas à conſpectibus publicis, ut ibi, ſed ad uerecundiam, & æmulationem feneſtræ fieri non poſſunt, ut ſupra, ergo non poſſunt fieri, ut ex eis moniales intra monaſteriũ, eiuſque clauſuram uideri ualeãt, quia hoc contineret uerecundiam, & æmulationem, & pudorem ut in d. c. 1. Et ideò cum magno miniſterio, Bal. & alii in d. altiùs exemplificant, & loquuntur de religioſis maſculis, & de puella, & non de monialibus, quoniam nõ eſt uerecundia, nec pudor videre puellam, uel religioſos maſculos, ſed ſolùm moniales intra clauſuram monaſterij: & & quãuis Bart. Cepol loquatur etiã de monialibus, tamen ipſe ignorauit, ſeu non uidit, tex. in d. c. 1. de ſtatu. regu. in 6. & mens ſua fuit loqui in terminis Bal. & aliorũ, in d. l. altiũs, quos ipſe allegat, qui loquũtur de religioſis maſculis, & non de monialibus, dictumq; doctoris debet intelligi ſecundum ea, quæ allegat, Bar. in l. nõ ſolùm, §. liberationis, ff. de libera. lega. Et ex prędictis hanc eſſe ueriſſimam concluſionẽ indiſtinctè exiſtimo, quòd non eſt licitum alicui priuato murum ſuum eleuare, & in illo feneſtras facere, ex quibus poſſit moniales intra clauſtrum, & monaſterij domum cernere, ac uidere, quia hoc eſſet ad uerecundiam, & ad ęmulationem, & contra prohibitionem canonum, qui mandant ipſas debere eſſe penitus ſeparatas à conſpectibus publicis, & mundanis,
1 alioquin † de iure poſſunt huiuſmodi ędificia tanquã contra publicam utilitatem, & in dedecus diuinum facta deſtrui, ac demoliri, prout iam fortè diuino iudicio ædificium dicti Ioannis cœptum eſt dirui, & hoc arg. tex. not. in l. ſi cui, & l. mœuiana, C. de ædific. priua. & ex his apparet reſponſum omnibus, quæ ſupra in contrariũ adducta fuerunt, ac etiã adduci potuiſſent, ex quibus clarè conſtat de bono iure dictarũ monialium, uel ſaltẽ negari non poteſt, quin ex præmiſſis res fuerit effecta dubitabilis adeò, ꝙ omnino ad fauorem ipſarum monialium eſt pronunciandũ,
2 quia † in dubiis optima eſt ratio, quæ pro religione facit, l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. c. fi. de re iudi. & c. ex literis de probat. cum ſimilib. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Via uicinalis quando ut publica iudicetur.*
2 *Via uicinalis publica an aliquo temporis ſpatio præſcribi poſſit, & num. 6.*
3 *Via publica à priuatis alienari non poteſt.*
4 *Loca iure gentium communia, ſeu publica non poſſunt longæ poſſeſſionis præſcriptione acquiri.*
5 *Viæ publicæ uſus eſt publicus, ſeu iure gentium communis.*
6 *Ea, quæ ad publicã utilitatẽ pertinent, quo tempore præſcribãtur.*
7 *Præſcriptio temporis immemorialis habet uim conſtituti, & tituli, ſeu priuilegij.*
8 *Et illã probare ſatis eſt ẽt in iis, quæ ſine titulo haberi non poſſunt: Nec in ea titulum allegari oportet nu. 10.*
9 *Regalia aduerſus principem, & ciuitatem quo tempore præſcribantur, & acquiratur.*
11 *Viæ publicę dicuntur eſſe de regalibus.*
12 *Inſignijs maiorum quando inferiores uti poſſint.*
13 *L. uiam, ff. de uia publi. declaratur.*
14 *Vias publicas quõ populus, ſeu ciuitas uendere, uel donare poſſit.*
15 *Priuilegium, & conceſſio principalis intelligitur ſine præiudicio iuris alterius etiam quoad ſolum poſſeſſionem.*
16 *Et quando etiã modicũ, & paruum prę iudicium comprehendãtur.*

E P I T O M E.

VIAM puplicam ſpatio tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium non extet, præſcribi, ut de publica efficiatur priuata, hìc demonſtratur.

CONSILIVM CXXXVI.

1 IN cauſa uiæ uicinalis, † de qua iudicatur, ut de publica, propterea quòd à principio iter non fuerit conſtitutum ex collatione uicinorum priuatorum iuxta, l. 2. §. uicinales, ff. ne quid in loco publi. uel quia in eam exitur de uia militari, aut conſulari, ſeu de flumine publico iuxta, d. l. 2. §. priuatæ, aut quia de illius confectione non extet memoria in contrarium, ſeu quòd exitum habeat ad uiam, publicam, & ad publicum flumen iuxta
2 l. 3. ff. de locis, & itin. priua. utrum † per circunuicinos huiuſmodi uia aliquo longo temporis ſpatio aduerſus tranſeuntes præſcribi potuerit, ut de publica efficiatur priuata, & non poſſe primo aſpectu uidetur dicendum, per tex. no. in l. uiam, ff. de uia publ. & itin. pub. reficien. ubi uiã publicam populus non utendo amittere non poteſt, & ſecundum glo. ibi ſi etiam per centum annos itum non foret, præſcribi non poſſet, & hoc fauore publicæ utilitatis, & iſtud ſequũtur Moder. Veron. in tit. de ſerui. uiæ in 6. col. uerſi. qnæro 9.
3 Præterea † uia publica à priuatis alienari non poteſt, l. continuus, §. cum quis, & ibi, gl. & Doct. ff. de uerb. obliga. l. apud iulianum, §. fi. ff. de lega. 1. l. ſed & celſus in prin. ff. de contrah. empt. cum ſimilibus, ergo nec poterit aduerſus populũ, & tranſeuntes præſcribi l. alienationis uerbo. ff. de uerb. ſignifi. & ibi gl. & l. 1.
4 in fi. ff. de fundo dot. Tertiò † facit tex. in l. fi. ff. de uſucap. ubi ea loca, quę iure gentium cõmunia, ſeu publica ſunt, longæ pręſcriptionis poſſeſſione acquiri non
5 poſſunt, ſed † uiæ publicæ, uſus publicus, ſeu iuregentium cõmunis, eſt l. 1. ff. de locis, & itin. pub. & l. 2. §. 1. cum ſequen. ff. ne quid in loco pub. ergo &c. ¶ Quibus tamen nõ obſtantibus contrarium eſſe uerius ar-
6 bitror, † quòd poſſit cõſuetudine, hoc eſt præſcriptione tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium non exiſtit, acquiri, quia tanto tempore pręſcribuntur ea, quę ad publicam utilitatẽ ſunt facta, ut ſenſit Io. And. in reg. quod contra. de regu. iu. in 6. in mercurialibus, dicens, ꝙ ad inducendũ unionem beneficiorum habentiũ curam animarũ non ſufficit quælibet pręſcriptio lõgiſſimi tẽporis, ſed neceſſaria eſt pręſcriptio tanti tẽporis, de cuius initio nõ exiſtit memoria in contrariũ, §. põt. 16. q. 3. l. præſcriptio, C. de ope. pub. l. cõpetit, C. de præſcrip. triginta anno. & Alex. in
7 conſ. 101. in 1. col. uolu. 6. † Talis. n. præſcriptio habet uim cõſtituti, & tituli, ſeu priuilegij, ut in l. 3. §. ductus
8 ff. de aqua quotid. & æſti. & † ideò ſi quis aliquem titulum pro ſe alleget etiam in iis, quæ nõ ſolent, nec poſſunt haberi ſine titulo, & quæ ſint contra ius commune, uel contra utilitatem publicam, ſatis eſt, quòd

probet